



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

306 Collatio quando vel extendatur vel non extendatur ad Electionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

ciatio beneficiariis prohibetur inconsultis Episcopis. iuncto c. execrabilis. §. Cæterum Ordinarios. de præbend. in extrauag. Ioann. 22. vbi beneficiorum punitur pluralitas, ideoque pro resignationibus admittendis etiam Capitula sede vacante possunt adiri; collatione soli reseruata Pontifici. Nam cessante dilationis periculo quid alioquin ineptius quam spontaneos permutantes, ac nihil omnino delinquentes, apud alios beneficia sua resignare, rursus apud alios post longissimum fortassis interuallum eorundem beneficiorum collationem hinc inde sibi fieri postulare? Satius est enim permittantur vel permutare volentium beneficia possideri ab ipsismet donec simul & semel absolui possit permutatio, quam non sine periculo tamdiu vacare. quæ ratio cessat quando culpa resignationem postulat.

Pontifex hic vititur verbo conferendi; verum quid si beneficia permutanda non sint collationis, at electionis? num dicemus locum fore huic nostræ Clementinæ tam in collationibus & præsentationibus & postulationibus, quam in collationibus? Ita proculdubio dicendum videtur; cum ratio prorsus eadem sit vbique, nec discrimen sit inter has omnes vel similes beneficiorum adipiscendorum rationes atque modos vllum, quatenus quidem de permutationibus faciendis est quæstio. Nec obstat Cap. cum in illis. de præbend. in 6. vbi non potest consequi beneficium ex electione qui gratiam duxat impetrauit vt beneficium

l sibi

304
Dilatio resignationis aliquando periculosa.

305
An in electis beneficiis permutandis Clementina sit locus.

306
Collatio quando vel extendatur vel non extendatur ad Electionem.

sibi cōferretur; quia tales impetratiōnes odio-
sæ sunt, & è contrario semper est æquissimum
ne permutantibus illudatur, vt hic vel ex ipsius
Pontificis præfatione liquet. quare nec huic
opinionī quisquam magnopere refragatur.

Ait Pont. *Nullius hoc esse volumus firmitatis,*
Itaque collatio erit ipso iure nulla. Quid
igitur ante hanc nostram Clementinam? Cer-
tè collatio tunc aliis quàm permutantibus fa-
cta summo iure valebat, licet rescinderetur. c.
inter cætera. de præbend. vbi tamen ipsemet
Pōtifex admiserat resignationem ex causa per-
mutationis & beneficia sic resignata permu-
tantibus cōferri mādauerat; Episcopo nihilo-
minus alteri cuidam tertio beneficiū permu-
tantis vnus temerè conferente; quam colla-
tionem cum præcedētibus omnibus retracta-
uit, resignantibus illis duobus in integrum re-
stituitis. At hæc hæctenus in Clementinam.

AN SIT OPVS NOVA COLLA-
tione redeūti ad suum beneficium ex causa per-
mutationis resignatum.

*Item an propter non creatam pensionem vel pa-
ctiones alias non impletas repeti possit huiusmo-
di beneficium.*

SVperest vt post explicata mediocriter su-
periora quinque cap. de permutationibus
beneficialibus loquentia, superaddamus bre-
uiter pauculas quasdam quæstiones, easque sin-
gulares, quibus accuratè tractandis immorari
non licuit hæctenus. tum propter aliarū quæ-
stio-

307

Ante Cle-
mentinā quid
hoc iuris.